alia ratione imperfectum,vcʒ.propter defectum ſolẽnitatis,hic
ex cauſa exheredationis,vel preteritionis.

10 **Expediti** ſumus de Zrijs,veniamus ad queſtiones,
Primo quero,† hic dicit̃ ex cã preteritiõis
vel exheredationis.Quid eſt exheredare vel preterire?Certe qđ
ſit exheredare,qualiter poſſet intelligi ſupra dixi in primo Zrio.
Preterire vero quid ſit,de hoc eſt opin.Nam Iac.de Are.dicit,
ꝙ preteritio eſt,nullam mentionẽ facere de filio,⁊ idem videt̃ te-
nere gl.in l.iij.ſ.eo.Ex hoc ſequitur,ꝙ ſi quis aliquẽ preterijt.cã
ingratitudinis inſerta,vel ei aliquid legauerit ꝙ iſte diceret̃ exhe
redatus,non preteritus.Iſtud tʒ Pet.⁊ Cy.in d.l.iij.Sed Mar.
tʒ contrarium,⁊ dicit veritatem. Id enim probat̃ ex tex.in l.ma
ximum.ib,in inſtitutione preterijt,⁊c.quaſi dicat.Ille preteritus
dicitur,de quo in inſtitutione non eſt facta mentio.Pro hoc vi-
detur caſus ĩ.de fideicommiſſ.l.pe.⁊ ff.de lega.iij.l.ij.Et hoc vult
dicere tex,in corpore,prout nos accipimus preteritionem,pro
ſpecie diſtincta in §.aliud quoqʒ capitulũ,vbi dicitur ꝙ exhere-
dare,vel preterire,dʒ fieri cũ cauſa.Et predicta vera,prout nos
accipimus preteritionem pro ſpecie diſtincta ab exheredatione
ſtricto modo ſumpta.Nam ſi tu acciperes exheredationẽ large,
tũc talis preteritio videret̃ exheredatio,vt ſ.dixi in primo cõtra
11 rio,⁊ probatur ſ.de teſt.nul.l.ſi cũ vel in vtero.¶ † Quero,ſecun-
do,quomodo irritatur teſtm̃ ex cauſa preteritionis,vel exhereda
tionis.In hoc ſunt opi.qꝛ quidam dicunt hodie non eſſe locum
querele,ꝙ hic non examino.Dixi in l.j.ff.de teſt.Tenendo opin.
gl.ꝙ hodie ſit locus querele,in queſtione prepoſita,dico ſic.Qñ-
que queritur de deſcẽdentibus preteritis,vel exheredatis,quan
doqʒ de aſcendẽtibus,qñqʒ de collaterialib9.Circa primum dic.
12 † Aut fuit exheredatus,vel preteritus a patre,vel a linea pater-
na,auo paterno,⁊ ſimilibus,aut a matre,vel a linea materna.Si
a patre,vel a linea paterna,aut erat in poteſtate,aut erat emanci
patus,⁊ tunc ſi in poteſtate,⁊ fuit preteritus.tunc eſt teſtm̃ nul-
lum ipſo iure.Põt etiam petere contratab.vt l.maximum.§.ſan
cimus.⁊ l.j.ſ.de bo.poſ.cõtrata.ſiue fuerit inſerta cã in preteri-
tione,ſiue non,⁊ legata preſtant̃ omnibus,per hanc aut.ꝙ eſt ve
rum,niſi cauſa preteritionis inſerta probata ab herede fuiſſet,
qꝛ tunc valet,nec rumpitur.Si vero fuit exheredatus,tunc aut
fuit inſerta cã legitima,⁊ tunc oportet eum venire per querelã.
Et ſi cã probabitur per heredem,omnino repellit̃,vt in auth.de
here.⁊ fal.§.exhr̃datos.Si vero non probabit̃,tunc teſtm̃ reſcin
detur quo ad inſtitutionẽ,vt ſ.dixi.Si vero cã non fuit inſerta,
tunc põt dicere nullũ,vt in aut.vñ hec ſumitur.§.aliud.qꝛ inſer-
tio eſt de ſubſtantia,vt no.in l.j.ff.de teſt.⁊ ꝑ doct.ſ.eo.l.j.⁊ iiij.ff.
eo.Per querelam aũt non poſſet venire,qꝛ non hʒ locũ,vbi hʒ
locum aliud remediũ,vt vidiſtis in l.maximũ vitiũ.Per contra
tab.etiam puto ꝙ poſſit venire,lʒ ſit exheredatus.qꝛ non exhere
datus rite,vt l.nõ putauit.§.nõ quouis.ff.de contrata.Si vero
o queris de filio emancipato,tũc aut fuit exhr̃datus,⁊ idẽ ꝙ in fi-
lio in poteſtate,qꝛ aut fuit cum cã,aut ſine,vt ſupra dixi.Si vero
fuit preteritus,⁊ tunc aut cum cã,aut ſine cauſa.Si ſine cauſa,
tunc idem ꝙ in filio in poteſtate,qꝛ poteſt dicere nullum,⁊ veni-
re ꝑ contrata.¶ Aut fuit adiecta cã in preteritione,⁊ tũc in hoc

eſt differentia inter emancipatum ⁊ ſuum,nam ſuus dicit nullũ,
⁊ põt venire ꝑ contrata.emancipatus vero hʒ neceſſe venire per
contratabu.vt no.in d.§.exheredato.ſupra in aut.de here.⁊ falc.
Secundo caſu,quando preteritio,vel exhr̃datio ſit a matre,vel
a linea materna,tunc nulla differentia eſt inter exheredationẽ,⁊
preteritionem,cum preteritio ſit pro exhr̃datione.Aut ergo eſt
preteritus,vel exheredatus cũ cã,⁊ oportet eum venire per que-
relam,vt Inſti.de exher.lib.§.mater.Si vero ſine cã,tunc ẽt nul
lum,qꝛ cauſa eſt de ſubſtantia exheredationis,⁊ preteritionis,vt
ſ.dixi.Et predicta habẽt locũ in filio iam nato.Nam in filio naſ-
cituro non põt inſeri cã,vt l.ſi quis in ſuo.§.legis.ſ.de inoff.teſt.
Ex predictis pʒ,ꝙ gl.que eſt in §.aliud quoqʒ capitulũ,que vi-
detur illam legẽ intelligere ſolum in preteritione materna,non
dicit verũ,qꝛ hʒ locum etiã in p̃teritione paterna,facta filio emã
cipato Et hoc tʒ Iac.de Are.Quantũ ergo ad modum rumpen
di eſt differẽtia inter filium emãcipatum,⁊ ſuũ,ſed quãtũ ad pre
ſtationẽ legatorũ rupto teſtamẽto,nulla eſt differẽtia.Que autẽ
ſit ratio diuerſitatis in modo rumpẽdi inter ſuũ ⁊ emãcipatum,
inter preteritionẽ paternam ⁊ maternã,dixi vobis in l.in ſuis.de
lib.⁊ poſt.Sed ꝯ predicta videt̃ ſ.de inof.teſtam.l.ſi maritus.vbi
ſuus preteritus venit ꝑ querelam.Sol.expone ibi preteritus,id
13 eſt exhr̃datus,vt ibi dicit glo.¶ † Circa ſcʒ.qñ querimus de
aſcẽdentibus preteritis,vel exhr̃datis.Aut loquimur de matre,
vel eius linea,aut de patre,vel eius linea.Primo caſu,aut p̃tereũ
tur.aut exheredant̃ ſine cã,⁊ teſtm̃ eſt nullum,qꝛ deficit in ſubſtã
tialibus.vt dixi ſ.Aut cum cã,⁊ tunc ſiue exhr̃dent̃,ſiue preter-
eantur,idẽ eſt,qꝛ ſemꝑ habẽt intentare querelam,qꝛ eorũ preteri
tio habet̃ pro exhr̃datione,vt inſti.de exher.lib.§.mater.Lʒ ibi
loquat̃ in deſcẽdẽtibus preteritis,tñ idẽ eſt in aſcẽdẽtibus,vt ſ.
de inof.teſt.l.cum filiũ.⁊ no.ff.de inof.teſt.l.j.⁊c.Secũdo caſu,qñ
queris de patre,vel eius linea,tũc aut eſt preteritus,aut exhr̃da
tus a filio emãcipato,tũc ſi ſine cã,teſtm̃ eſt nullũ,qꝛ defecit i ſub
ſtãtialibus,vt ſ.dixi.Si cũ cã,aut eſt preteritus,⁊ hʒ contratab.
vt l.ſi quis a pa.fu.ma.l.j.Aut exhr̃datus,⁊ hʒ querelã,vt ff.de
inof.teſta.l.j.⁊ l.pater filiũ.cum ſi.Si vero loqueris de filio in po
teſtate conſtituto,tũc aut teſtat̃ extra caſtrẽſe,vel quaſi,⁊ teſtm̃
eſt ipſo iure nullum,qꝛ non põt teſtari,vt l.pe.ſ.qui teſt.fa.poſ.⁊
l.qui in poteſtate.de teſt.Si vero teſtatur in caſtrẽſi vel quaſi,ꝙ
põt,tunc gl.variant.Nam qñqʒ dicunt,ꝙ tale teſtm̃ nullo iudicio
ſuppoſitum eſt,nec põt irritari,vt ſ.de inof.te.l.de inof.Alibi di-
cunt gl.quod teſtm̃ non rumpitur,ſed agitur ad legitimã condi-
ctione ex l.vt no.ſ.de epiſ.⁊ cleri.aut.preſbyteros.⁊ l.cuʒ lege.eo.
titu.⁊ in aut.de ſanc.epiſ.§.preſbyteros.Alibi vero dicunt,ꝙ iu
ra antiqua corrigant̃ in hoc,ꝙ hodie teſtm̃ filij ſuper caſtrẽſi,ſub
iacet querele,vt no.ſ.de inof.teſta.l.ſi.ĩ.ad Tertu.aut.in teſtamẽ-
to.ff.de inof.teſt.l.Papinianus.§.Papi.⁊ ſi quis a pa.fu.ma.ſu
per rub.Et hanc opin.tʒ Iac.de Ra.quod mihi plʒ,qꝛ text.⁊ in
corpore huius aut.loquitur in filiofa.in caſu quo põt teſtari,qđ
non eſt niſi in caſtrẽſi,vel quaſi.Dic ergo,ꝙ aut filius in poteſta-
te preterit,vel exheredat patrẽ,ſine cã,⁊ teſtm̃ eſt nullum,qꝛ defi-
cit in ſubſtantialibus,vt dixi.Aut cum cã,⁊ tunc aut preterit,⁊
p ita dicit nullum.aut exhr̃dat,⁊ habet querelam,vt ſ.dixi in fi-
lio preterito,⁊ hoc quantum ad modum rumpendi.Quantũ au
tẽ ad preſtationẽ legatorum,eſt idẽ in vno quod in alio,vt proba
q tur ex corpore vnde hoc ſumitur.¶ Circa tertiũ q quando queri
14 mus † de collateralibus,⁊ tunc,aut de fratre, ⁊ ſorore,aut de vl
r terioribus.Primo caſu,aut de vterinis ⁊ tunc nullo modo admit
tuntur,vt l.fratres.in prin.ſ.de inoff.teſta.Aut de cõſanguineis,
vel de vtrinqʒ coniũctis,⁊ tunc ſiue ſint preteriti,ſiue exhr̃dati,
ſemper veniunt ꝑ querelam,duobus concurrẽtibus ſcʒ ſi turpis
perſona ſit inſtituta,⁊ ceſſet cã ingratitudinis,ꝙ dic vt dixi in d.
15 l.fratres.¶ † Quero,dicitur hic,irritum eſt teſtm̃ quo ad hr̃dis
s inſtitutionẽ,quid de inſtitutis ex re certa vtrum remaneat vali-
da,vel vitietur?Rñ.quatenus inſtitutio ex re certa ſapit naturã
inſtitutionis vniuerſalis,in eo quod habet ius accreſcendi vitia
tur,quatenus ſapit naturã legatorum,remanet firma,quod dic
16 vt dixi in l.quoties.ſ.de her.inſti.¶ † Quero,quid de ſubſtitu-
tione,an vitietur,vel remaneat firma?Per iſtam aut.dic aut lo-
queris de ſubſtitutione directa,⁊ iſta põt eſſe duplex,qꝛ quando
que per ſubſtitutionẽ ſuccedit̃ defuncto,vt in vulgari.Et iſta di-
co ꝙ irritat̃,qꝛ ſi quis bene aduertit iſtã aut.⁊ in corpore vnde ſu
mitur,intẽtio Imperatoris eſt irritare omnẽ actum,per quẽ pro
hibetur ſucceſſio ab inteſtato,ſed ſubſtitutio vulgaris eſt huiuſ-
t modi,ergo ⁊c.Si vero queris de ſubſtitutione,ꝑ quam non ſuc-
v cedit̃ defuncto.ſed ei,cui facta eſt ſubſtitutio,vt in pupillari,⁊
exẽplari,tenet gl.ſi.in l.j.§.ſi.ff.de vul.⁊ pup.quod illa conſeruan
x tur,nec irritant̃ ꝑ iſtam aut.Quam gl.puto verum dicere,arg.
ff.ad Treb.l.nam quod.§.ſi quis cõpulſus.⁊ ff.de vul.⁊ pu.l.ij.§.
plane.lʒ Dy.dicat contra.Quod dic vt dixi plene in d.l.j.de vul.
y ⁊ pu.Si vero loq̃ris de ſubſtitutione fideicõmiſſaria,⁊ loquor

de fideic.vniuerſali,tūc dico quod non irritatur,ſed per hāc aut.
cōfirmatur,ſicut legata particularia.Hoc probatᷣ in corpore,vn
de hec auth.ſumitur ibi legat.⁊ fideicōmiſſa,⁊c.Pro hoc.ff.ſi q̄s
omiſ.cauſ.teſt.l.ſi ſeruū.§.j.⁊ gl.in l.ita tamē.§.quoties.ad Tre.
vbi dixi de hoc.Per hāc enim ſubſtitutionē, non impeditur ſuc-
ceſſio ab inteſtato,ſuccedit enim,licz reſtituat.¶Sed circa hoc du
17 bitatur.Pone†ꝙ heres inſtitutus rogatus eſt de reſtituendo,ſi
deceſſerit ſine liberis inſtitutione euacuata ex cauſa p̄teritionis,
vel exheredationis,ita ꝙ tota hereditas pertinet ad filium pre-
teritū,vel exheredatum,⁊ oneratur fideicommiſſo , vt dixi debe-
3 bitur ne dictum fideicommiſſum,³ quando ipſe filius,ad quē de-
uenit hereditas, deceſſerit ſine liberis , an vero qñ deceſſerit ille
aa primo inſtitutus? Reſp.cum talis conditio [aa] cohereat perſone
eius,qui primo inſtitutus,tunc fieret reſtitutio,cum ille deceſſe-
rit ſine liberis.arg.in l.neceſſario.§.fi.de peri.⁊ cōmo.rei ven.⁊ de
iure do.l.cū in fundo.§.quod ſi mulier.⁊ l.vſufruc.ſol.mat.Et eſt
caſus expreſſus in l.peculium.§.fi.ff.de leg.ij.licet ſit arg.cōtra in
l.ſi q̄s vſumfructū . ff. de vſufr. ſed de facili tibi bene apparebit
18 ſol.ſi diligēter aduertis.¶Quero,dicit hic†cetera nāqz firma p-
manent,quid continetur appellatione ceterorum. Reſpo.ſubſti-
tutiones directe,per quas non ſuccedit defuncto vt ſ.dixi.Itez
fideicōmiſſum vniuerſale legata ⁊ fideicōmiſſa particularia,liber
tates,⁊ tutele dationes,vt expreſſe dicitur in auth.vnde hec ſumi
tur.Ex hoc apparet,quod non eſt vera opi.Dy.quam ponit i l.j.
ff.de vulg.⁊ pupi.cum dicit,ꝙ ea,que non poſſunt relinqui,niſi in
teſtamento,non remanent valida per iſtam auth.quod eſt falſum.
Nam tutele datio dz fieri in teſtamento,vt l.j.de teſta.tutel.⁊ ta-
men remanent valida per iſtā auth.Item ex hoc dico,quod con-
ſtitutio executorum vltime voluntatis , remanet firma.Dico etiā
ꝙ illud,quod eſt relictum in vim modi,remanet firmum,cum vim
legati obtineat,vt l.fi.j.de his que ſub modo.Item ea que relicta
ſunt in vim conditiōis,remanent in eodē ſtatu,in quo ante erāt
bb per iſtā auth.An autē illud quod cauſa[bb] conditionis implende
debebat dari heredi inſtituto debeat dari filio preterito vel exhe
redato ad quē transfertur hereditas.Dic vt colligitur ex no.in l.
is cui.ff.de condi.inde.⁊ l.ꝙ conditionis.de dona.cau.mor.⁊ l.qui
19 heredi.§.j.de condi.⁊ demon.Quero†quid ſi aliquid erat legatū
filio p̄terito,vel exheredato,qui rumpit teſtamentū,nunquid ha-
bebit legatū,⁊ ſuccedet cuz alijs fratribus inſtitutis?Gl.in ver.
ſubſtantie,mouet iſtud dubiū in l.maximum.§ proxi.do.Cyn.po
ſuit ſuper hac aut.Mar.Sil.diſputauit queſtionē,⁊ tenuit ꝙ ta-
le legatum non debetᷣ per iſtam aut.Hoc probat primo,qꝛ nō eſt
veriſimile,quod teſtator hoc voluerit.Preterea,qui iudiciū de-
functi impugnat indignus eſt omni relicto facto in eo,vt ff.de in-
offic.teſta.l.Papinianus.§.meminiſſe.⁊ l.queſitum.de acqui.her.
⁊ l.poſt legatum.ff.de his qui.vt indig.Preterea,aut primo exi-
git legatum,⁊ non pōt poſtea teſtm̄ impugnare,vt ſ.de inoffi.te-
ſta.l.parentibus.⁊ l.fin.in prin.ff.eod.Aut petit poſtquam impu
gnauit,⁊ non pōt,qꝛ indignus eſt eo.vt ſ.dixi. Preterea,abſur-
dum eſſet,ꝙ exheredatus,ſeu preteritus,haberet plus,quam in-
ſtitutus,vt dicitur in l.maximum.§.cū enī.Nec ob.iſta aut.qꝛ ve
rum eſt,ꝙ legata valent quantum ad extraneos,non tamē quan
tū ad preteritos,vel exheredatos.Et ita de eq̄tate tenuit Mar.
Sil.Cy.hic videtur tenere ꝯtrium,⁊ dicit ꝙ fuit opin.Hug.p iſtā
aut.nam iſta authen.facit valere legatum,⁊ filius eſt capax lega-
ti,⁊ alia concurrunt,ex quibus debet valere legatum,⁊ deficiunt
ea,que vitiant.Non obſtat hoc qđ filius eſt indignus aliquid cō
ſequi ex teſtamento,ſed hic non potuit iſta legata tanquā ex te-
ſtamento,ſeu actione ex teſtamento conſequi,ſed condictione ex
hac aut.Ita dicit ipſe,ꝙ eſt falſum,vt j.dicā.Non obſtat ꝙ plus
habet preteritus,vel exheredatus.⁊c.qꝛ hec abſurditas qñqz to
leratur,vt no.in d.l.maximum.Ego teneo opin.Mar.Sil.per ra
tiones ſupra dictas,⁊ maxime per illam,qꝛ indignus eſt cōſequi
ex teſtamento,quod impugnabat.Cum autem ex teſtamēto aga-
tur,vt j.dicam.pro hoc etiam videtur.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta-
men.l.ſi non ſolus.§.j.vbi legata que conſeruantur per titu.ſi q̄s
omiſ.cau.teſtamenti.non conſeruantur ei,qui nixus eſt teſtm̄ im
pugnare.Expreſſius videtur caſus.ff.de lega.preſtan.l.filium.§.
20 omnibus.⁊ iſtam opi.puto veram.¶†Quero,qua actione petā
tur legata ex iſto teſtamento rupto ex cauſa preteritionis,vel ex-
cc heredationis?Quidam dicunt,ex teſtamento,alij condictione [cc]
ex hac lege.Et iſta,vt videtis,fuit opi.Hug.⁊ do.Cy.eam tenet.⁊
gl.vlti.hic tangit.Quod agatur condictione ex hac lege,probatᷣ
qꝛ quando id quod per ſe eſt inutile,confirmatur,agitur ex con-
firmante,non ex confirmato,vt ff.de iniuſt.teſtam.l. poſthumus,
§.fin.⁊ ff.ad Trebel.l.ſi quis priore.de here.inſti.l.aſſe.cum ſimil.
⁊ hoc videbatur tenere Pe.Dyn.⁊ alij,vt Iac.de Ra.dicunt ꝙ
agitur ex teſtamento.hoc etiam tenebat Iacob.Butr.⁊ ego hoc
dd puto[dd] veriſſimū.[ee] Pro hoc etiam videtur tex.in aut.vnde hec
ee ſumitur.§.ſiue igitur.verſi.ſin autem hoc,vbi dicitᷣ,tanquam non

reſciſſum obtineat teſtm̄.Ex quo aperte vult,quod teſtm̄ ſit vali
dum quo ad legata,vt ſic non naſcatur actio ex l.propter teſtm̄
ſed ex ipſo teſtamento lege corroborato,vt l.lege obuenire.de
verb.ſigni.Simile videmus in omnibus contractibus bone
dei,qui confirmantur lege,vt l.legitima.ff.de pact.⁊ tamen actio
oritur ex contractu,non tamen ex l.Pro hoc do tex.expreſſum
de heredib.inſtit.l.fi.Non obſtat quod dictum eſt,ꝙ agitur ex co
firmante,non ex confirmato,qꝛ ille leges loquuntur quando co
firmatum non poterat validari per ſe.Nam ſi quis non pōt de
dere per ſe,duobus teſtamentis,ideo ſecundū teſtamentū nō p
21 teſt confirmare primum,vt per ſe fiat validuz ex ſecundo.¶Et
ex hoc colligitur determinatio queſtionis.Dicit ſtatutū,ꝙ teſta
menta mandentur executioni,ſicut ſententie diffinitiue.Modo
petuntᷣ legata,que remanent firma,vigore huius aut.Certe ſi illa
peterentᷣ a preteritis condictione ex lege,non merentur executio
nem,ſecus ſi peterentᷣ actione ex teſtamento,qꝛ tunc merentᷣ exe
cutionem ex forma ſtatuti.Et ita determinatum fuit per domi
Thaddeum de Pepol.Bononiē.legum doctorem,qui in ſua iu
ff uentute fuit valens homo in iure.¶Quero,de clauſula [ff] ſi va
non vz in iure teſtamēti.de qua gl.querit hic.Et vt ſcitis de hoc
ego iam feci vnam repetitionē in l.j.de iure codicil.Ideo breui
tranſiēs,tanquam ea que erunt neceſſaria ad expeditionē gl.
22 tius videbitis ibi.¶Quero ergo,†quid ſi teſtator dixit,ſi non va
leat iure teſtamēti,valeat iure codicillorū,an tunc petentᷣ legata
ex vigore illorum verborū tāquam ab inteſtato,an petentᷣ ex hac
authē.teſtamēto rupto ex cā preteritionis vel exhrdationis.Gl.
hic non bñ declarat,nec do.Cyn.veritas eſt hec.⁊ nota ꝙ illa ver
ba,ſi non vz iure teſtamēti,intelliguntᷣ,id eſt,quatenus non vz iu
re teſtamēti,⁊c.probatᷣ in l.Stichū quū meus erit.ff.de lega.j.Cū
ergo illud valeat quantū ad legata,quantū ad inſtitutionē non
valeat,dico ꝙ quantū ad inſtitutionem non valebit iure codicillo
rum,quantū ad legata remanent firma,per hanc auth.¶Que
23 ro,†vtrū iſta clauſula,ſi non vz iure teſtamēti.⁊c.habeat locū ru
pto teſtamento p querelam.Gl.hic videtᷣ dicere ꝙ non,per l.Ti
tia.ff.de inoff.teſta.⁊ de lega.iij.l.patronus.§.fi.que gl.dicit verū
ſm tēpora antiqua,ſm que in querela rūpebat teſtm̄.queſito co-
lore demētie.Sed cū hodie ille color non queratᷣ,vt ſupra dixi.pu
to ꝙ illa clauſula operetur rupto teſtamento per querelam.⁊c.
24 ¶†Quero,vtrū illa clauſula,ſi non vz iure teſtamēti,habeat lo
cū rupto teſtamento ex cā preteritionis.Gl.hic videtᷣ tenere ꝙ
non,ſed ſolum habet locū quando teſtm̄ eſt nullum ex defectu ſo
lemnitatis,⁊ gl.ſingula.hic,⁊ eſt additio.quam gl.tenent oēs do
Sed videtᷣ contra caſum l.ſi patroni.§.fina.ff.ad Treb.ſm vnam
lectu.⁊ l.ex ea ſcriptura.§.fi.ff.de teſtamē.Et hoc tenent omnes
gg doc.[gg] quando preteritus eſt iam natus,ſed quando preteritus
eſt poſthumus,tunc eſt neceſſe,ſm Dyn.⁊ alios quod dicat
non valet,vel valebit.Nam ſi diceret,ſi non valet.tantū.ru
pto teſtamento per natiuitatē poſthumi nullius eſſet effect
clauſula,qꝛ certum eſt,teſtamentum valere,quum teſtator
tur,licet poſtea irritetur,⁊ ſic cōditio deficeret.ergo ⁊c.vt
* ſcripſiſſet.ff.de lega.ij.⁊ l.cum ſtipulamur.*de verb.ob.¶Si
hh ſi diceret,ſi non valet[hh] iure codicillorum.⁊c.dic vt dixi in l.j.
25 iure codicil.¶†Quero,an ex vigore iſtorū verborum.ſi non va
let.⁊c.venientes ab inteſtato videantᷣ rogati ad reſtituendum he
reditatē heredibus ſcriptis.Gl.hic videtur tenere ꝙ non
trarium eſt verum,vt l.poſthumus.§.fin.de iniuſt.teſtam.
ra hic,⁊ alia infinita circa hanc clauſulam,dic vt dixi in
iure codicil.

ADDITIONES.

a P.PAV.P.¶Ex cā.Hanc aut.repetunt do.Ben.de plum.Pe.de
iſta aut.conſeruatiua legatorum ⁊ aliorū relictorum in teſtame
to procedat quando teſtm̄ rumpitur per querelam intentatam
per fratrem turpi perſona inſtituta,vide Pau.de ca.conſi.
ca med.Anquid autem habeat locū conſeruatio iſtius aut.
do eſſent duo teſtamēta quorum primum eſſet inualidū,ſm
dum ex cauſa preteritionis,vel exheredationis,vide Ang.
clxxxij.incip.Bert.habens vnū.Item ꝙ conſeruetur fidei
miſſum vniuerſale,vide ad Bar.An autē iſta aut.debeat
gi,vt legata conſeruentur,ita tamē ꝙ legatarij non plus
quam filius preteritus,vide omnino que habes ad Bar
rium.ff.de lega.preſtan.
b POMA.¶Ex cā.Authentice,vt dicit Bal.in proemio
rens in aut.caſſa.ſ.de ſac.ſanc.eccl.fuerunt poſite in iſto
Fed.iunioris,vt ſic poſſint ab Imperatore Romano com
ri,⁊ ad deciſionem cauſarum adduci.licet alij alia in hoc
Et adde ꝙ iſta aut.ſatis clare procedit.quando eſſet factum
vnum teſtamentum.ſed quid ſi ſint facta duo,quorum pri
validum,ſecundum non,ipſe ſecundo ſint relicta legata ⁊

commiſſa, an ipſa conſeruentur, vide Anch. cõſi. cciiij. inci. in predicto themate.

b ¶ In filio preterito a patre. Adde ꝙ hanc tenet Old. cõſi. clxxj. incip. thema tale eſt. Titius condidit teſtm̃. ꝛ conſi. cxxxviij. in c. thema tale eſt. Durandus. Sed communis opin. eſt in cõtrariũ. tamen dicit Pau. de ca. notandum eſſe, ꝙ in corpore vñ iſta aut. ſumitur, tria ſunt conſideranda in effectu. Primum ꝙ ſi inſerat̃ cauſa ingratitudinis, teſtamẽtum habeat ſuam firmitatem, dum modo probetur, vt patet in §. ſiue igitur. Secundũ qđ ſi cã nõ inſeratur vel non probetur, teſtm̃ irritetur, quo ad inſtitutionem, tertiũ eſt ꝙ eo caſu quo irritetur, cetera firma permaneãt. Si ergo queritur, an habeat locum in preteritione paterna (dicit ipſe Pau.) dicendũ eſt ꝙ aut querimus quantũ ad vltimum effectũ, ſcꝫ, eo caſu, quo irritetur, cetera firma maneant, ꝛ tunc tenẽda eſt diſtinctio Bar. cuꝫ limitatione tamen, ꝙ eo caſu quo ignorabat ſe filium habere, an credebat ſe certum non habere, ꝛ tunc inſpiciatur que, ꝛ qualia legata ſint an magna, ita ꝙ veriſimile ſit patrem talia non feciſſe, ſi ſciuiſſet filium habere, ꝛ tũc habeat locũ opin. Bar. Aut ſunt talia, que veriſimiliter feciſſet, ꝛ tunc conſeruabuntur per iſtam authẽ. Si vero dubitabat, ꝛ tunc ſm Ang. ſimiliter valebunt omnia legata indiſtincte, qꝛ creditur etiam de caſu iſto cogitaſſe, ꝛ voluiſſe ꝙ etiam ſi viuat legata debeantur. l. qui iure militari. ff. de teſta. mili. Si autem querit̃ quantũ ad primum effectum qđ inſerta cauſa teſtamentum valeat dic qđ nõ loquitur in preteritione paterna, qꝛ inſertio cauſe non facit vt preteritus habeat̃ pro exheredato, quoniam talis inſertio cauſe congruit exheredationi non preteritioni, ꝛ ideo non obſtãt tali inſertioni, ſi preteritus ſit filius in poteſtate, teſtamentũ erit nullũ, tã de iure ciuili quã ꝑtorio, ꝛ poterit cõtratabulari, ſicut olim erat, eſt tamen verum, ꝙ ſi cauſa inſerta per heredem probet̃, talis filius excludit̃ a iure dicendi nullum, vel contrata, ſicut excluderet̃ a querela, ſicut dicit ipſe Pau. in l. iij. §. eo. ſm Ang. ꝙ notandum eſt, ex qua colligitur qđ iſta aut. ꝛ in corpore vnde ſumit̃, habeat locum quando eſt inſerta cauſa ſolum in preteritione materna, ꝛ hoc dicit. Paul. de caſ. tenuit opin. do. Rapha. qui tꝫ iſtam aut. non habere locum in preteritione paterna, dicens ꝙ non minus putat hanc opinionem veram, quã ꝙ Deus ſit in celis, ſuadẽdo tamen qđ opinio comunis ſeruetur. Sed dicit ſalua pace do. Rapha, non conſiderauit perfecte. nã, vt ex verbis ſuis apparet, ipſe non habuit reſpectũ, niſi ad illum primũ effectum, dũ ibi dicit̃ qđ ſi cauſa fuerit inſerta ꝛ probata teſtamentũ habeat ſuam firmitatem, ipſe autem dicit, ꝙ illud non põt procedere in preteritione paterna, qꝛ tunc non, poſſet habere ſuam firmitatem propter inſertionem cauſe ingratitudinis, qꝛ illa eſt impertinens ad preteritionem, ſed ſm Ang. dicendum eſt, ꝙ nemo põt habere ſuam firmitatem, ſi cã fuit inſerta, ꝛ probata, non qđ a prin. teſtamẽti ſit validũ, imo eſt nullũ, ꝛ perpetuo põt dici nullum, ſed quãtum ad effectũ, qꝛ ſi probabitur, excludet̃ ab intẽtione ſua, ꝛ a iure dicendi nullo, per illum §. ſiue igit̃. ſed dicere ꝙ quo ad vltimũ effectum, vt legata non conſeruentur, ꝙ non habeat locũ in preteritione paterna, eſt loqui ſine intellectu, ꝛ ipſe non põt agere quin poſito quod teſtamentũ ſit nullum, ꝛ ꝙ filius obtineat, ꝙ cã non probetur quin teneatur ad legata fideicommiſ. Dicit Pau. minor qđ tantum Rapha. in hoc deficit. Adde ꝙ Ang. conſi. lxxvj. dicit opin. quam tenui legendo, ꝛ nunc teneo ꝙ authen. ex cauſa habeat locum in preteritione paterna filij iam nati. Caſus eſt in l. Thais. §. Splendophorus. ff. de fideicommiſ. lib. conſilium incipit, in Dei nomine preſuppoſita, ꝛ idem videtur voluiſſe conſil. clxxxiij.

P. PAV. P. ¶ A patre. ſequitur Fulgo. Vide eum in conſi. ciij. in ſubſcriptione in conſilijs Comenſis.

c POMA. ¶ Tenebat do. Pe. Et hoc tenet Old. conſi. cxxxviij. in primo dubio.

d POMA. ¶ Nullõ iure valebit. Et iſta opi. Bar. hic eſt cõmunis, vt per Alex. in conſ. xlj. inci. viſo tenore allegati, ꝛ producti teſtamenti. ver. j. qꝛ in j. vol. vbi dicit iſtam opinionem eſſe cõem, vide ẽt eundem in conſ. xlviij. in j. vol. ꝛ Bar. cõſ. xiij. ꝛ cõſi. clxij. ꝛ cõſi. ccviij. ꝛ Barb. cõſi. lx. vo. ij. Ro. conſi. cxxij. ꝛ cõſi. clxxxj. ꝛ Car. cõſi. xx. Ana. conſi. xxviij. Are. cõſi. xxiij. vbi limitat. in ij. dubio. Pau. de ca. in l. ſicut certi. §. de teſt. milit. ꝛ ibi etiam Alex. in l. j. ꝛ Ang. ꝛ Barb.

e POMA. ¶ Et videtur qđ opi. Azo. iſtã opinionem tenet Oldr. conſi. cxlix. ꝛ ibi eam limitat.

f P. PAV. P. ¶ Poſthumo. In filio poſthumo ignorãter preterito non conſeruantur legata, fallit niſi eſſent facta pro anima, vel pro exoneratione cõſciẽtie, vide Iaſ. hic. vide Barb. in repe. l. cũ acutiſſimi. C. de fideic. vide Iaſ. in l. precibus. §. de impub. vbi etiã dt ꝙ tacita pupillaris excludit matrem qñ eſt ſubſtitutio facta pro anima. Et pro primo dicto. vide Fran. Are. in conſi. xxviij. de lib. ꝛ poſth. An autem requiratur ꝙ fuit pro reſtitutione vſurarum vel male oblatorũ vel an ſufficiat ſimpliciter pro anima relinquere, pondera que dicit Iaſ. in l. precibus. ꝛ Io. de Ana. in d. cõſ. tꝫ ideꝫ vtroqꝫ caſu Bar. aũt in l. j. in ij. q. v. principalis tꝫ legata ad pias cauſas non conſeruari preterito filio ignoranter, ꝛ ꝙ ſi relinquatur ſimpliciter pro anima, per hoc nõ cenſet̃ teſtator pro aliqua obligatione vel onere ſuo reliquiſſe, vide Bar. in c. dolus. de teſta. Scripſi ad Iaſ. hic. ¶ Poſthumo. Adde ꝙ Old. conſi. clviij. inci. ſuper. j. q. lꝫ, ꝙ hec auth. non habeat locũ in preteritiõe poſthumi. An aũt legata debeantur poſthumo preterito. Ange. alle. proxi. conſi. lxxv. dicit ꝙ aut preteritus eſt ſcienter, ꝛ legata debeantur. Aut ignoranter, ꝛ illa debeant̃, que veriſimiliter teſtator fuiſſet facturus ſi poſthumũ ſciuiſſet, per l. pe. ff. de iure co. Bal. vero conſi. cccexl. inci. in Chriſti nomine dicit ꝙ aut teſtator in aliqua parte ſui. teſt. fecit mentionẽ de filijs, ꝛ nõ reſtrinxit ſe per nomẽ proprium, ꝛ indiffinitiue locutus eſt ꝛ tũc habeat locũ hec auth. Aut in nulla parte teſt. fecit mentionẽ de filijs, ꝛ tũc nõ videt̃ cogitaſſe de his, preſertim ſi legata exhaurirẽt hereditatis vires, qꝛ non eſt veriſimile ꝙ teſtator contra naturalem charitatẽ voluerit grauare liberos, ar. l. Lucius. ff. de her. inſt. Et in hoc vltimo videtur cum Ang. concordare, qꝛ videt̃ velle, ꝙ ſi fecit aliqua legata que nõ exhaurirẽt vires hereditatis, ꝙ illa debeant̃. Bar. aũt in ſua opi. perſeuerauit conſi. cciiij. inci. factũ tale eſt, cecus. ꝛ conſi. ccx. inci. omne illud ꝙ alias cõſului, ꝛ auditores meos docui. ꝛ conſi. ccxxxv. inci. Lap. ꝛ dixit Alex. qđ Bal. in l. filio preterito. ſequitur opi. Bar. niſi legata eſſent facta pro male ablatis qꝛ illa preſtabuntur etiam ſi filius eſſet ignorãter preteritus, qꝛ eſt veriſimile, qđ etiam ſi teſtator ſciuiſſet, idem feciſſet, cuꝫ prima charitas incipiat a ſeipſo. l. preſes. de ſerui. ꝛ aqua. ꝛ anima cunctis rebus eſt preponenda. l. ſancimus. C. de ſac. ſan. ec. Tu vero dic qđ Ro. conſi. cxxij. inci. circa predicta refert Bal. in l. Titius. ff. de lib. ꝛ poſth. ſaluare Bar. in caſu proxime relato nõ autẽ qđ ipſum ſequatur. ꝛ Ro. in d. cõſi. tꝫ ꝙ ſi teſtator in genere cogitauit de poſthumo, vt qꝛ dixit, ſi non vꝫ, vel valebit ꝙ legata debeãtur. Item dicit Alex. ꝙ Bal. dicit opi. Bar. veram, quando teſtator nullum alium filiũ habuiſſet, ꝛ inſtituiſſet, tũc ꝙ oĩa legata debeantur, qꝛ veriſimiliter poſtquam vnũ grauat, aliuꝫ grauaſſet ſi habere ſciuiſſet. arg. d. l. Titius. ꝛ hoc niſi nominatim reliquiſſet a filio inſtituto, qꝛ tunc haberet locũ tex. in l. pen. de iur. cod. Tu etiã ad hoc vide Bal. conſi. ccccxxj. ij. lib. ꝛ Ro. conſi. clxxxj. An autem poſthumo preterito tacente fratres poſſint declarare teſtamentum nullum. vide Ro. ꝙ ſic. conſi. xxiiij.

g POMA. ¶ Filios habebat. Iſtam opi. Bar. lꝫ non reperiatur qui communem dicat, tenet Io. de Ana. cõſ. xxviij. ꝛ vide ibi Lu. Bol. in addi. Iſta verba poſita vide per Azo. Are. cõſi. xciij. vbi in iſta materia fecit pulchrum conſilium.

h POMA. ¶ Huius timore. Conſidera nunquid hoc ſit verum, qđ ſentit Bar. ꝙ nepos ſubintret in locũ patris, ex diſpoſitione Vellei. qđ quidem clare ſentit gl. in d. l. ij. hic alle. Sed hoc videt̃ contra. in §. ſui. Inſti. de her. quali. ꝛ differ.

i POMA. ¶ Legatis. Ex iſto articulo collige ꝙ idem eſſet, ſi eſſet etiam ignoranter preteritus. ꝛ opi. Bar. eſt communis, vt inquit Por. ꝛ Imo. in d. l. filio preterito. qui ponderat Bar. hic eſſe contrarium, dũ dicit de exceptione poſſe fieri abſqꝫ dolo. ꝯrium cuiꝰ. §. in j. opin. in diffinitione ipſius exceptionis. Co.

k ¶ Puto veram. Adde ꝙ ita communiter tenet̃, ne melioris conditionis ſit emancipatus quam ſuus.

l POMA. ¶ Factam. Cogita tñ, nunquid iſto caſu ſaltem deberetur coniunctis perſonis, de quibus in d. l. j. de leg. preſtan.

m AND. BARB. ¶ Tu dic breuiter. Vide Io. de Imo. in cõſi. ccxxviij. vtrum legatum extendatur ad liberos, quos ignorabat, vide ibi, qꝛ pulchre loquitur.

✻ CLAVD. DE SEISS. ¶ Querela Vide, ꝑ hoc bonã gl. in c. auditis. in ver. ex poſt facto. ꝛ in verb. caſſatum. de elect.

n POMA. ¶ Et Cy. in d. l. iij. Iſta opin. probatur in l. ſi cum vel in vtero. in fi. §. de teſt. milit.

o POMA. ¶ Si vero queris. Qñ preteritio filij emãcipati, hodie reddat teſtm̃ nullum, vide concor. per Alex. in conſi. cxlij. in j. vol. ꝛ in conſi. ciij. vol. iij.

p ¶ Et dicit nullũ. Adde vt hic per Alex. qui format quandã oppoſitionem. Sed quid econtra, an teſtator miles ſcienter filiũ preteriens quando teſtat̃ de caſtrenſibus, vel eum exheredãs faciat teſtamentũ ſubiacere querele. Cy. vt refert. do. Alex. dicit ꝙ communis opi. eſt qđ ſic. Tenet gl. in l. fi. §. de inoffi. teſta. ꝛ rubri. ff. ſi quis a pa. fu. ma.

q POMA. ¶ Circa tertium. An autem iſto caſu deberent̃ legata rupto teſtamento per fratres ex diſpoſitione huius aut. Bar. vr̃ hic ſentire quod ſic iunctis precedentibus, ꝛ tenent hoc hic Cy. Bal. ꝛ Cor. Et facit ꝙ ſi debentur ꝑ filiũ vt hic per omnes, tanto magis per fratrem. Secundo qꝛ ſemper vult ratio, ꝙ eſt iuſtum, ꝛ cõſidera nunqđ iſta aut. ſit correcta, vel ſit limitatoria iuris an

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tiqui, contrarium tamen tenet hic Imo. ſed magis placet prima opin.

r ¶ De fratre. Adde an hec aut. locũ habeat, ſi frater per querelã inofficioſi reſcindat teſtm̃ fratris turpi perſona inſtituta vt tunc legata conſeruentur. Ang. in aut. vt cum de app. cog. §. ſi. concludit ꝙ non, q2 tex. in corpore non loquit̃ niſi de preteritione, vel exheredatione aſcendentium, vel deſcẽdentiũ, ergo in tranſuerſalibus remanent incorrecta iura antiqua volentia ꝙ reſciſſo teſtamẽto quo ad hr̃des inſtitutos legata non preſtent̃. l. Papinianus. §. ſi ex cã. de inof. teſt. & l. filio preterito. & ex idẽtitate rõnis vel maioritate, in correctoriis nõ fit extenſio ad alium caſum, iuxta no. in aut. quas actiones. ſ. de ſacr. ſan. ecc. Idem tenet do. Franc. de Ramp. & Imo. in d. l. filio. Et cũ his tranſit Alexã. Bal. vero in l. fratres. ſ. de inoff. teſt. tz contra. & Sali. hic vide per eos quibus adde Pau. de Ca. conſi. lxj. vbi refert vnum dictũ Gul. de Cu. in quo non fit mentio. & poſt vide omnino Ang. conſi. cxxj.

s ¶ De inſtitutis ex re certa. do. Alex. dicit qd̃ communis opi. eſt illa quam tenet Bar.

t POMA. ¶ Queris de ſubſtitutione. An p iſtam aut. conſeruet̃ ſubſtitutio pupillaris, vide Ro. conſi. cvj. alias lvj. & Alex. xlviij. j. vol. Rom. conſi. xviij. adde etiaz Bar. in l. j. in prin. & Alex. & Iaſ. ſ. de vulg. & pup. quid aũt de ſubſtitutione exemplari, vide Ang. conſi. xcix.

v P. PAV. P. ¶ In pupillari. Quid autem de pupillari tacita, que continetur in expreſſa vulgari, an conſeruetur in expreſſa aut. vide Fulg. in quadam diſpoſitione. in iiij. dubio.

x P. PAV. P. ¶ Conſeruantur. Sequitur Ant. de bu. conſi. xviij. ante medium.

y P. PAV. P. ¶ Fideicommiſſaria. An autẽ debeatur fideicommiſſum, antequã eueniat dies vel conditio, vide Bar. in l. peculiũ. §. ſi. de le. ij. Pau. conſi. xix. Item qd̃ conſeruentur fideicõmiſſa per hanc aut. vide do. Ant. conſi. xv. ad ſi. qui ſequitur Bar. hic. Itẽ de fideicõmiſſo vniuerſali vide Ang. conſi. xciij. inci. Pe. de vbe. ad ſi. vbi etiã alia in materia. Item de fideicõmiſſo vniuerſali, vide Io. de Ana. conſi. ccxviij. & Bolog. poſtea in addi. vide Deciũ in conſi. lxxxv.

z ¶ Fideicõmiſſum. Adde an fideicommiſſum vniuerſale conſeruetur per iſtam aut. ideo ꝙ filij ſuccedẽtes ab inteſtato rupto teſtamento, teneantur fideicõmiſſum reſtituere. Communis opi. eſt ꝙ ſic, vt per gl. & doc. in l. ſi ita tamen. §. quoties. ff. ad Tre. & gl. iũcto tex. in l. eam quã. j. de fideic. cõſuluit Pe. de anc. cõſ. cxliij. inci. prefatis nominibus. Vide tñ Ang. cõſi. j. allegato. clxxxiij. & ꝙ fideicommiſſum vniuerſale conſeruetur, tenuit Bal. cõſ. cix. iiij. vo. vbi dicit qd̃ pro hoc eſt tex. ſing. no. & Ia. de are. in l. gñaliter. de fideicommiſ. li. §. ex teſtamento. tenuit etiam Ro. conſi. ſ. proxi. alleg. clxxxj.

aa P. PAV. P. ¶ Talis conditio. Vide do. Ant. conſi. ccv. dicit iſtud eſſe dubium.

bb ¶ Cauſa conditionis implende. Sal. dicit ꝙ debet dari preterito, a quo legatarius debet legatũ recipere. Pro hoc dicit eſſe tex. apertum in l. is qui in poteſtate. §. j. de lega. preſtan. & idem tenet Imo. in d. l. filio preterito. per d. l. is qui, quam dicit ſingularem.

cc P. PAV. P. ¶ Condictione. Magnam vtilitatem reſultantem ex hac inueſtigatione, vide per Angel. conſil. lxxxj. incip. Bert. habens, &c.

dd POMA. ¶ Hoc puto. Etiam tenet Pe. de anc. in conſi. cciij. in dubio. vbi ponit pulchre in materia huius authen.

ee ¶ Puto veriſſimum. Adde ꝙ Alex. dicit etiam communẽ cõcluſionem per tex. in d. §. ſiue igitur. cũ ſeq. in ver. tanquã non reſciſſum, & per alias rationes, de quibus hic per Bal. & Ang. conſil. clxxiij. ver. ſecundo reſtat igitur.

ff P. PAV. P. ¶ Clauſula. Vide omnino que habes ad Bar. ff. de iure codicillorum.

gg P. PAV. P. ¶ Omnes doc. Sequitur Comen. cõſi. cxxvj. inci. viſa copia. poſt prin. limita tamen niſi ille, qui eſſet inſtitutus, elegiſſet viam teſtamenti adeundo, q2 priuatur via fideicommiſſi. l. ſi. C. codic. vide ibi. Eſt tñ communis ſententia contra Bar. In alio caſu vide Ale. & Mod. hic Alex. in conſi. cxxiiij. inc. diſcuſſis heſitationibus. Vide Ang. conſi. cxij. inci. iſta q. preſens hz duo pũcta, & in primo caſu contra gl. hic vide etiã que habes ad Bar. in l. j. in v. q. ff. de iure codic.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ L. cũ ſtipulamur. Vide Alex. plene conſ. cxliij. vol. ij. in j. dub. vbi refert communẽ opinionem eſſe contra Bart.

hh POMA. ¶ Si non vz &c. Quid ſi ignoranter preterit pater, an habeat locũ clauſula codicillaris? Bar. tz qd̃ non. Et pro iſta oppo. Bar. hic Alex. lz dicat hic communẽ eſſe in contrarium, tamen pro Bar. conſuluit Are. conſi. ſuo vlt. per l. cum acutiſſimi. de fideic. & l. cũ auus. ff. de cond. & demõ. Barb. in conſi. lx. in ij. parte. Ang. in l. ſi. ff. de iure codi. dicit qd̃ pro Bar. conſuluit collegiũ Peru. Pau. in d. l. j. & ij. ſupra eodem, & quoddam conſi. alleg. per Alex.

De poſthumis heredibus inſtituendis, vel exhæredandis. Rubrica. XXIX.

LEX I.

SI poſt teſtamentum. Natiuitate poſthumi preteriti, teſtamentum rumpitur, & ex eo nihil debetur. h. d. Opp. de aut. ex cauſa. ſ. ti. j. vbi rupto teſtamento ex cauſa preteritionis debentur legata. So. Quidam dicunt quod hec corrigitur per illam. Alij dicunt quod hic loquitur in preteritione poſthumi, ibi in preteritione iam nati, [a] quod eſt valde forte dubium, quod an ſit verum, dixi ibidem in aut. ex cauſa.

ADDITIO.

a ¶ Iam nati. Adde Bal. conſi. ccxxiiij. j. vol. & Paul. de Caſt. cõſ. cci. Sz de clauſula appoſita in teſtamẽto poſthumi p̃teriti vide Bar. conſi. cciij. inc. factũ tale eſt, cecus. & conſi. ccx. in Dei nomine. omnes ꝙ alias cõſului, & auditores meos docui, & cõſ. ccxx... inc. Lup. Pau. de Ca. conſi. lxviij. cum duobus ſequentibus, per Bal. cõſi. xx. & ccccxl. j. vol. p Ro. cõſi. cxxij. vbi refert Bar. in cõ... incip. viſo teſtamento domine Lucie, per Barb. cõſi. lxj. ij. vol. Ang. conſi. x. & conſi. cvij. pleniſſime.

LEX. II.

1 ☞ Filius preteritus, tacendo videtur approbare teſtamentum.
2 Poſthumus preteritus, & quando iam natus, rumpat teſtamentum

VXoris. Abortiuus partus teſtamẽtũ non rumpit, ſecus ſi naſcitur viuus, licet ſtatiz deceſſerit. h. d. Iſtud quod hic dicitur, in prin. de abortiuo, qualiter intelligatur, videbitis in l. pri. ad iſtud autem, quod dicitur, ſi natus illico decedat, [a] teſtamentuz rumpitur nec confirmatur. ¶ Opp. & videtur quod teſtamentum confirmetur, vt l. poſthumus. in prin. ff. de iniu. teſt. Sol. hec eſt veritas, qd̃ ibi poſthumus fuit natus, & deceſſit viuo teſtatore, vnde teſtamẽtum confirmatur ex equitate pretoria, & ex eo poterit peti bonorum poſſeſſio ſecundum tabu. hic vero eſt natus, & deceſſit poſt mortez teſtatoris. Vnde non cõfirmatur, neque de iure ciuili, neque de iure pretorio. Ita debetis hoc intelligere. Cũ due ſolutio. que ſunt hic in gl. ſunt vere ſimul iuncte, vt vidiſtis. & vide gl. Et ſic eſt vnus de caſibus, q ponuntur in lege cõtraria in quibus ... neceſſaria bon. poſſ. ſecundum tab. & habuiſtis no. per glo. in l... ſ. vñ legi. & habuiſtis duos caſus. aut decedit viuo teſtatore, & confirmatur teſtamentũ. aut poſt mortẽ, & tunc ſecus. ad verum iſtorum opp. ꝙ ſi decedit viuo teſtatore, non confirmatur teſtamentum, vt ff. eo. l. ſi filius q in poteſtate. Sol. Dicit qdã illud ... preceſſit primũ teſtamentũ validum de iure ciuili. quod non nocet. Dic ergo ꝙ precedens diſtinctio eſt vera in poſthumo preterito: ſecus in filio iam nato preterito, qui ſi decedat et viuo teſtatore, teſtamentũ nõ cõfirmatur, vt Inſti. de exhe. li. in prin. ... differentiã inter iam natũ & poſthumũ tz glo. in ver. heredes ... que, in d. l. poſthumus. de iniuſ. teſt. & in l. ſi hereditas. §. qui ... in gl. iij. de teſt. tute. & in l. ſi. §. pe. ff. de dona. & in l. omnia. ff. ... circa. ſi. ti. licet cõtrariũ videatur tenere gl. & non bene, ... reg. Cato. niſi etiaz intelligas, ſecundũ quod ſtatim dicam ... iſtaz diſtinctionẽ videtur tex. in d. l. poſthumus. ver. idẽ, ... net idem in iam nato, ꝙ in naſcituro. Sol. dicunt quidam ... le §. idẽ, &c. loquitur in caſu l. filio. eo. ti. Et hoc videtur ibi dicunt

b gl. Vltramontani [b] dicunt, & melius quod eſt notandũ, ſi filius ... natus preteritus decedit viuo teſtatore, aut in teſtamento illi erãt ſcripti venientes ab inteſtato, & tũc teſtamentũ confirmatur vt ex eo poſſit peti ſm tab. de iure pretorio. Ita loquitur dictum ver. idẽ, &c. Et ibi tex. hoc exprimit. ſi bene aduertatur, aut erant inſtituti extranei, & tunc ſecus. Ita loquitur Inſt. de exhere. li. in prin. ad aliud mẽbrũ, & quando filius decedit poſt mortẽ teſtatoris, & ſic ad caſuz. huius l. op. de l. filio preterito. ff. de iniuſ. teſt. Ibi loquitur in iaz nato, hic in poſthumo preterito. Ita ... hoc nihil eſt dicere, q2 facilius cõfirmatur, quãdo preteritur poſthumus, ꝙ quando preteritur iam natus, vt dixi ſ. Vnde ... hic de rigore, ibi de eqtate. Innuit ergo quod hec lex c... per illam, cum equitas ſcripta preferatur rigori, vt l. j. ſ. ... quod non eſt verum. Dico ergo, & ita tenent doc. noſtri ... tani, & hec eſt veritas, quod ibi loquitur in filio preterito, qui ... xit tanto tempore, ꝙ habuit poteſtatem approbandi, vel improbandi teſtamentum, vnde non improbando approbare videtur vt ibi. hic loquitur in eo, qui ſtatiz deceſſit, vt expreſſe dicit tex. vnde in eo nõ põt cadere approbatio, iſta eſt veritas. Suppon...